

Sermo

XXIII

uitijs bonitatis eius et imensitati misericordie sue eos creasse, quos utique saluari poterat a flammis infernalibus de pascēdos derelinquere. Quid aliud creando eos voluisse facere videri potest quam igni infernali de ipsis pabulum ministrare? Quibus merito respondemus, quod et deus et angeli et sancti de ipsis dānatis gaudebunt. Primo gaudebit deus si quod propter aliquid delectet eum extra seipsum. Placent autem ei tormēta malorum. Primo quod bona sunt utpote ut creature eius, scilicet propter pulchritudinem iusticie que in eis inestimabiliter miranda est et laudanda. Unde propheta, I. Ego quod in interitu vestro gaudebo. Magna quidem laude digna est diuina bonitas in bonis et malis et reprobis preter esse et vitam alia quam naturalia bona etiam inuabilia gratuita et temporalia largitur. Et autem ampliora eisdem non preter, non ideo hoc est quia ipse manus sue retrahat largitatis: sed quia ipsi manus suas occupant alijs aut quo minus recipiant auertunt, sicut quod lumen solis super multos cadat et non eos illuminat, non ex eo est quod sol radios suos retrahat: sed quia ipsi a lumine suo se auertunt. Denique non nisi diuinitatem suam bonitatem ostenderet deus: si iusticiam in malos non exerceret. Quasi enim due partes diuine bonitatis sunt si partes ibi cogitare fas est misericordia et iusticia videlicet misericordia cum bonitas diuina imprimitur sit se in vitio imprimitur. Et quo patet quod si predicto modo non puniret damnatos: aut esset apud deum ociosa iusticia aut enormiter diminuta. Sancti vero et angeli in patria gloriosi hanc diuine iusticie pulchritudinem contemplantes, tanto delectabilius intuebuntur, quam hic eam cogitent et audiant. Quod ibi erit in eis quam hic de diuine iusticie maior cognitio et maior delectatio, et quanto maior videbit ipsa diuina iusticie magnitudo et pulchritudo. Ex quibus pro loco a proppone ex necessitate prosequitur magis gaudium esse futurum de aspectu seu intuitu pulchritudinis diuine iusticie que ibi lucidissime prospicitur: quam esset gaudium de omnibus gaudijs mundi huius si preter in vno. Et de huiusmodi gaudio ait psalmista, Verabif iustus cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Pater igitur quare multi sunt vocati, scilicet ad fidem vel ad gloriam vel ad gratiam, sed pauci sunt electi, scilicet respectu multitudinis vocatorum. Licet enim granum aree sit multum: tamen paucum est respectu multitudinis aristarum et palcarum que signifi-

cant malos quos deus male perdet. Et hac nempe propositione docet Anselmus in quadam epistola quod qui vult esse securus an sit de electis, debet conari ut non sit eius vita de numero multorum sed paucorum. Sed si vult esse certissimum debet facere ut sit de numero paucissimorum. De quorum numero elegans misericordia saluatoris nos faciat. Qui cum patre et spiritu sancto electos vocat, vocatos saluat saluos glorificat in secula seculorum Amen. Adde hic de sermone, xij. c. viii.

Sabbato post secundam dominicam in quadragesima de sacra religione et quod melius est bonum facere ex voto quam ex libera voluntate.

Sermo, xxiiij.

Utu semper

mecum es et oia mea tua sunt
Lu. xij. et in euangelio hodie
no ad desiderabilem charitatem iteri atque iterum totum intellectum et desiderium subleuam. Ipsa enim est radix forma finis et complementum et vinculum perfectionis: ad quam magis omnium christus legem prophetas et persequens vniuersa dei documenta reducit. Ipsa sola est que animam gratificat coram deo: et in omni dignitate admiranda exaltat. Porro triplex est dignitas anime in charitate et in dei gratia constituta. Prima est filiationis, scilicet est unio nis: tertia est comunio nis. Prima enim dignitas est filiationis, quia non est nisi ad imaginem et similitudinem dei formata: sed in morte ipsius filij dei spiritualiter reformata. Ideo dicitur Job, i. Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri: his qui credunt in nomine eius. Et psalmista ait ad tales, Ego dixi deus estis et filij excelsi omnes. Ideo tales animam in charitate et in gratia constitutam deus filium in proposito verbo vocat dicens, Fili. Unde filius dicitur a philos quod est amor. Quasi dicat, Amor meus. Quod suavissimum et dulcissimum eterni patris verbum, ut digne ex gratia sua hominem filium facere et vocare: qui ex seipso nihil aliud quam miserabilis et miseranda miseria est. Secunda eius dignitas est unio nis et transformationis: que quidem per amorem fit. Tanta enim est vis diuini amoris ut amantem in amatum deum transferat transformet: et faciat esse in ipso et id ipsum sic deus